

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 2. Ratio diligendi proximos , sicut Christus eos dilexit

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

c. 2. Ratio diligendi proximos sicut Christus eos dixit.

**Q**uæ hactenus diximus multò melius intelligentur, si exemplar secundum multo præstantius inspiciamus, eius dilectionis, quā Christus D. N. in Euangelica sua lege proponit: dicens suis discipulis: a mandatis nostris docebo: ut diligatis in meo e sicut dixi vobis. quasi dixerit, respicite diligenter a nobis meū erga vobis; tanquam exemplar & amissum eius accipite, quo vobis proximos diligere debeatis. Cōsistit aut̄ hoc præcipue in alijs quinq; circumstantijs, quas iure optimo sancti Patres cōmendant. Primū quemadmodū Christus discipulos suos, nō ob eorū merita, sed ex sola bonitate sua prius eos dilexit, quā id ipsi essent promeriti: ita ait S. Chrysostomus: proximos tuos diligere debes, nō innitendo præcipue eorū meritis; sed eos amore tuo præueniendo, quamvis talem amorem nō promereantur: amandi siquidem sunt, ed quodd̄ sint opus Dei, filijque eius precioso sanguine redempti: cui valde placet, vt ita illos diligas, & ipse hoc promeretur, vt etiam eos diligamus, qui per se ipsos eo amore digni non sunt. Deinde quemadmodum Saluator noster discipulos suos dilexit, cupiens eis præcipue cōlorum regnum; sua que gratia bona, & perfectionem Euangelicam: quæ posita est in perfectissimū eius vita imitatione: ita ait S. Augustinus: debes eos diligere, cupiens omnibus præcipue bonagratia & gloria. Quod si sis religiosus aut ad maiorem perfectionem contendas: optare debes fratribus tuis coronandem bonorum excellentiam: vt similiores euadant celestis suo Magistro, qui suum amorem etiam in eo ostendit quod ob suorum discipulorum utilitatem & commodum, obtulerit lead iacturam faciendam bonorum fortunæ, honoris, solatij, ac vitæ ipsius: ad cuius imitationem, ait S. Cyrillus, offerenda esse bona fortunæ, honorum ac deliciarum; imd & ipsa vita, si opus erit, propter spirituale proximorum bonum: quos pluris quisque sacrere debet, quam propria temporalia commoda. Et hæc est suprema dilectionis perfectio, ad quam viri religiosi ac perfecti aspirare & contendere debent Nam (vt S. Chrysostomus perpendit,) agens Christus D. N. cum laicarii quodam homine de perfectione, ei dixit: b si vis perfectus esse; vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: agens autem de eadem perfectione cum Apostolis, qui iam erant in ipsis perfectionis statu, dixit: c hoc est praeceptum meum, ut diligatis misericordiam, sicut dixi vobis: maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Atq; si dixisset: in hoc supremū: modum ostendetis, quem inuicem habere possitis, si nō solū fortunas, sed ipsam quoq; vitā pro vestrīs fratribus obtuleritis, sicut ego mēa pro eisdē offero.

Hinc quarta circumstantia, aut similitudo oritur, quod quemadmodū Christus D. N. discipulorū suorum miseras, ac debitas peccatorū in se ipsam suscepit, vt eos exoneraret, & ab omnibus debitibus liberaret, iuxta illud Scripturæ

alioan. 5, 34  
Cap. 15, 12

Vide Toletū  
in c. 12, 5, 10.

I.  
Hom. 71, in  
Isan.

Christus A-  
postolos di-  
lexit ex sola  
sua bonita-  
te.

Omnia op-  
tima preci-  
mo petamus.

Tract. 83, in  
Isaia.

3.  
Christus o-  
mnium in  
eternum facis  
pro Aposto-  
lis.

Lib. 9, in 10,  
Cap. 13.

Hom. 31, in

1. ad Cor.

b Mat. 19, 21

c Ioan. 15, 12

4.

d Isa. 53. 4.  
et Pet. 2. 0.  
24.  
f Gal. 6. 2.

Onera  
proxime-  
rum feren-  
da suble-  
uando vel  
menendo.

Regul. 177.  
¶ 178. ex  
Breviar.

g ad Rom.  
15. 20.

Proximo in  
bono placero  
bonum est.

Pturae S. d verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & posuit Dominus in eo iniuriam omium nostrum: & p. c. a. l. nostra ipse periret in corpore suo super lignum: ita & nos proximorum nostrorum onera tollamus, vt eos subleuemus, & sic amorem nostrum erga eos ostendamus, secuti regulam, & documentum Apostoli dicentis: f aliter alterius onera portare, & sic adimplebitur legem Christi, iubentis, vt vos inducem diligatis; sicut ipse dilexit vos, & onera vestrorum proximorum tollatis, sicut ipse vestra tuli.

Et quoniam hæc onera valde sunt varia, & quædam spectant ad corpus, alia ad animam; quædam ad ingenium & mores proximi, alia ad statum & officium eius; perfectus amor impellit, vt quisque aliorum onera portet eo modo, quo potest, vt illi subleuentur: visitando, & ministrando ægrotis, consolando, & adiuuando eos, qui sunt in aliqua tribulatione, ac debiles; & sustinendo patienter irascentes, & immotigeros; corrigoendo benuole peccantes, porrigendo manu lapsis, vt è peccatis resurgent: quamvis ad hæc præstanta necesse sit, multas penas & labores subire, vt illi subleuentur, & exonerentur: Aduertit tamen S. Basilus vocabulum illud græcum *Bastazin*, quo S. Apostolus in ea sententia vsus est, interdum significare, portare alterius onera, imponendo illa sibi; interdum vero exoperare & auferre illa, vt qui premebatur, exoneretur; onera igitur peccatorum secùdo hoc modo sunt portanda, agendo scil. per correptionem, admonitionem, consilium bonum, & exhortationem: vt ea deponant, & vitam suam emendent. nunquam tamen alienas culpas in nos suscipere debemus, nisi sumnum, vt pro eis satisfaciemus ieiunijs, & alijs operibus, quæ penam nobis aliquam adferant. Et quo maior est facultas le inuicem diligentium: ed charitas impellit magis, vt alter alterius onera portet, vt idem Apostolus dixit: g debemus ancens nos fratribus, imbecillitas infirmorum sustinere, & non nobis placere. Unusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Etenim Christus nos sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improx. & improperan: nsm tibi ceciderunt super me. Supponit autem Apostolus in hac sententia, esse in Ecclesia alios alijs fortiores, tam in corporalibus, quæ in spiritu alijs; & eueniare posse, vt, qui hodie lanus est, cras infirmetur; & qui hodie spiritu est fortis, alio die deprehendat se imbecillum; & qui nunc est quietus & pacatus, postea turbetur ac tentetur. Exigit ergo lex charitatis, vt qui sani & robusti lunt, compatiantur infirmis & debilibus; iuuentque onera portare, quibus premuntur, ne omnino succumbant; cogitantes, se cras forte in aliqua necessitate furtores, & opus habituros ab alijs adiuuari. Ut autem ingentis adeò boni impedimentum ex ipsa radice extellatur, ait Apostolus, ne nobis placeamus: quasi semper querentes, quæ nos delectant ac recreant, sed assuecamus etiam aliquid ferre, quod nostro appetitu displiceat, ac repugnet; & studeamus fratribus

tribus nostris placere, duplice seruata conditione: altera, ut placeamus *in bonum*, ita vt materia sic bona decens, eiusque status cōditioni conformis, non proculcā lege Dei, aut æquitatis regula, quō illis placeamus: hoc enim non charitatis, sed carnalitatis opus est. Altera, vt sit *in edificationem*, eius scilicet ac nostra; ita vt iuuentur in ijs rebus, quæ illis adferent utilitatem; & eo modo, vt & illi, & omnes ex nostra charitate edificantur, nosque ex bono opere proficiamus, ob sanctum finem, quem in eo præstante respiciamus. Id enim discimus ex amore ipsius Christi D. N. qui non sibi placuit, nec quod palato suo arridebat quæsivit; sed quod suis fratribus bonum erat, & expediens, imponens humeris suis illorū mala, à quibus eos liberaret, iuxta illud Davidis: *h. opprobria exprobrantium tibi cediderunt super me.* vñt ut autē verbo *opprobrii*, eō quod non censeatur aliquid magni esse, quod aliorum onera quis portet, cūm ex eo aliquem honorē acquirit; sed illud præclarus, quod etiam cum proprio contemptu & opprobrio illa portet. ostendens in hoc propriam humilitatem, & patientiam, quæ sunt humeri charitatis, ad huiusmodi onera portanda. Ad quod exhortatur idem Apostolus, dicens: *i. cum omnī humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportate innicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritu in vinculo pacis.*

Nec tamen existimare debemus, charitatem impellere nos ad onera proximorum portanda, vt & ipsi nostra portent: hoc enim esset non sinceri, sed quæ sua sunt querentis: quod nō hñc conuenit cum perfectione charitatis, nec cum amore Christi D. N. qui omnium onera portauit, nullo ipsum ad sua propria portanda adiuuante, nam ipse dixit: *k. torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir meus, circumspexi & non erat auxiliator, quasi si, & nō fuit, qui adiuvaret.* Iustissim⁹, qui simul contristaretur, & non frat, & qui consolaretur, & non innueni, vt ita intelligatur, perfectum amatorem paratum esse ad aliorum onera portanda, etiam illis non adiuuantibus in portandis proprijs; quare, quod in te est, Christi quidem legem ipse implet, quamvis alij non impleat.

**O B S I G E X I V** tandem amoris Christi erganos excellentiam cum eo, quod S. Iohannes dixit: quod si os dilexerit in finem, viræ scilicet suæ, cum summa instantia ac perseverantia, maiora semper amoris sui præsens indicia: & in cœnaculo, ibi vñtemus fuit eorum conuentus, maximè illum ostendit, cum quatuor illis cœcumstantijs paulo ante indicatis: operibus scilicet, donis, rationibus, & orationibus, quæ omnia amoris & vñionis erant plena. Ibi enim valde familiariter & blandè eorum pedes lauit; dedit maximum, quod potuit, donum, seipsum scilicet sub specie cibi, ad insinuandum intimam, quam cum eis habete cupiebat vñionem, loquutus est tenerimè, gruesque adduxit rationes, ad eos consolando, animando, & persuadendam mutuam inter se vñionem; & pro eisdem oravit instantissimè, eandem pro-

Op̄ari in  
adificatione  
proximi bo-  
num est.

*h. P. 68. 10.*

*i. Eph. 4. 2.*

Remanera-  
tiones non  
quarenda in  
bono opere.

*k. Isa. 63. 3.*

*l. Ps. 68. 21.*

*m. 104. 13. 20.*

Christi be-  
neficia A-  
postoli in  
cœna præsti-  
tata.

eis petentis vniōnem, ut postea videbimus. Et omnia hæc complectitur insig-  
nis illa eius sententia: *n exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis,*  
*& vos faciatis*: quasi illis dixerit: à me discite amorem, quo vos inuicem  
diligatis; quem ostendatis in operibus exhibendis, in largiēndis donis, in  
bonis verbis proferendis, & in orationibus instantē fundendis; & ample-  
ctendis reliquis consilijs, quæ vobis proposui. Hæc celiſſima est perfec̄tio,  
ad quam Catholicæ Ecclesiæ filij merito debent aspirare. illa enim est amo-  
ris ſchola, domusque vniōnis, quemadmodum fuit ſacrum illud ceñaçulū,  
in quo Christus D. N. cum ſuis Apoſtolis erat. Verum quidem eſt, etiam  
Iudam prodiſorem ibi fuīſe, qui tamen non erat alijs vnitns, ut demptore  
id iplum permittente, ut ſic magis amoris ſuī ſumma p̄eſtantia manifeſta-  
retur, cum proprium hoſtem adeò dilexit, & familiariter ac blārē traſta-  
uit: nobisque daret exemplum ejus, quod erga noſtros agere debeamus:  
quemadmodum in proximo capite ſuī ſuī explicabitur.

## CAPUT VI.

CONSILIA PERFECTIONIS circa modum inimicos  
diligendi.

Homo affi-  
milatur fe-  
raphinis po-  
dilectionem  
inimici.

a Isa. 6. 2.

b Luc. 6. 27

c Mat. 5. 44

d 1. Io. 3. 18.

L.  
S. Tho. 2. 2.  
c. 25. a. 8. q.  
q. 4. q. 8. 1.  
a. 8.  
c. Mat. 5. 44

V M Saluator noster vocari voluit magni consilii Angelus,  
vulſus eſt a ſpeſiſſe ad consilium, quod dedit, diligendi,  
inimicos; quod per excellentiam meretur magni consilii  
nomen; in eo enim ſplendet p̄e aliiſ feruor charitatis.  
Reliqua conſilia homines faciunt Angelos, hoc autem  
facit Seraphinos, hoc eſt ardentes; adeò enim amoris igne-  
ardent, ut ſupra naturam ſuam volent a ſex aliis, ſicut  
Seraphini, quos vidit Isaia: ſcilicet feruentibus charita-  
tis aſtibus, quos noster Saluator nobis commendat, non ſolum erga ami-  
cos; ſed etiam erga inimicos: quod expreſſius adhuc apud Sanctum Lucam  
declarauit, dicens: b *vobis dico, qui auditis, diligite inimicos vestros*, non ſolum  
hoc dico Apoſtolis ac diſcipulis meis, ſed oīnibus etiam, qui audire & re-  
cipere volunt doctrinam meam, c *diligite inimicos vestros*. Et paulo post ean-  
dem ſententiam repetit, deſiderans, amore hunc plorundius in anima  
radicari: ut intelligatur, non debere eſſe amorem d *verbō aut lingua tantum*,  
aut ſolum interiore; ſed etiam exteriore, qui oſtentatur in opere, &  
veritate abſque fictione vlla; & nominati in hiſce ſex operibus, quæ ſunt  
tanquam lex conſilia excelleſtissimæ perfectionis. Primum eſt pro eis O-  
RARE: ut Dominus noster det illis bonum illud, quod eis expedit, e  
orato, inquit, pro perſequentiibꝫ & calumniantibꝫ vos. Nec dixit ſolū,  
pro ijs, qui vos ſunt perſequuti, ſed pro ijs, qui nunc perſequuntur, &  
calum-